





21  
Bl. 81









Ung. VI 4



Einzelne verzettelt

20. I. 1915.



Observanda. Coniux D. Georgii Michaelis Caspari  
quoque erat Hungaria exul et fortis tenuioris nomine  
Esterha Drechslerin apud Johannam Elisabeth. comitem  
a Szwarczburg Josephina ab intimis seruitijs ante tem-  
pus nuptiarum vero apud Jeremiam Plank adfrem  
suum in Silttha prope Magdeburgum Pastorem, comuo-  
rata patris eius erat D. Matthiae Drechsley, qui post  
multas senatorias Consularesque dignitates ad ordines  
abque status regni summoque orbi Christiani Imperatores  
post multas calamitates exherationes in patriam rediit  
Libere et Montana, urbi Bela Banya. Pülln sym-  
dicius factus. Hunc Caspari duxit 1687. d. 18 Ianuarii

Hemmerle Carmen gratulationum a Mattha Christophori Hungaro  
grat. in Mausoleo Regum Hungariae in fine. Depot. N. mo 24.

II. Ipse Dns Georg Caspar Magister liberati artium et Philo-  
sophiae creatus est Anno 1681. ut ex Gratulatione adpa-  
ret quam populares ei consecerunt quae reperitur

III. in Volam III. Desert. Depot. L. mo 14. et in complexu  
variorum carminum mo 75. Carmen 20. et 21. et 22 ubi  
dicitur Michaelij ab also kö Hung.



*Trabi III 2857.*

29

LAUDES MUSICÆ,

quas

CELI PROPEMPTICUM FELIX EX ALMA  
LEUCOREA DISCEDENTI,

PRÆEXIMIO AC MUSICÆ UTRIUSQUE

PERITISSIMO

DN. GABRIELI  
PILARICKIO,

Hungaro,

CELSISSIMORUM

GOTTHANORUM PRINCIPUM,

&c. &c. &c.

CAMERÆ ALTISTÆ VOCATO,

FRATRI SUO MELLITISSIMO,

*Jure summè debito occinuerunt,*

M. GEORGIUS GASSITZIUS,

Hung. El. Sax. S.

ESAIAS PILARICK,

Hung. Seren. El. Alumn.

A. Æ. V.

M DC LXXVII. die XVII. Sept.



WITTEBERGÆ,

Typis JOHANNIS SIGISMUNDI Ziegenbeins.

1777





**A**ccipito, ó nostri, GABRIEL, laus maxima Cœtus,  
Accipito, quæ vota parat Tibi amica viarum  
BIGA comes, celebrans veraci Carmine Famam  
Per juga nota Tuam, MAGNIS quæ præpete cursu  
PRINCIPIBUS celebrata fuit, penetransq; per *Aulam*,  
Inclita GOTTHA, Tuam, quæ nunc Te pectore gessit  
Grata sinu fovere suo, jam præmia mille  
Donat, & insignes Titulos, ac nomina Famæ.  
Et meritò, nam Te super æthera celsa repòstum  
Musica dia locat; cui non *Amphion* quisquam  
Præferat, (α) Aonios meditantem Carmine muros.  
*Orpheus* Tu superes, cum *Demodoco* que movente  
Voce suâ lacrymas; *Thamiris* Tibi cesserit amens;  
Cum Te Fama locet sublimibus alta cothurnis  
PRINCIPIS ingremio, quod commoda mille sequentur.  
Talia fata suis semper donavit Alumnis  
*Musica, fida Parens, inopum Spes, Anchora, Portus.*  
Hæc expertus erat *Guido*, (β) quem docta canendi  
Ars celebrat, vidit junctum Papalibus Aulis  
Cana senecta. Etenim cui Musica gloria digno  
Carmine sacrum? Nam hæc princeps fuit Agone  
Juppiter alme Tuo: (γ) coluitque hanc sancta vetustas,  
Turba *Patrum* testante, (δ) nec hîc discorde prophanus  
Nititur exemplo; mage quin quoque Dramatis exstant  
Cantica, (ε) quæ certos actus permista tenebant.  
Aligerum vidisse choros, qui cantica *sacra*  
Cantabant *Triadi*, laudes, hymnosq; *ferentes*  
Dicitur *Ignatius*: (ζ) Psalmos quoque *Cæsar*, amasti  
*Justiniane* pios, (η) quæis, *Augustine*, malignas  
Vicisti technas: (θ) Sic nunc Ecclesia CHRISTI  
Utitur in Templis, communia cantica jungens, (ι)  
Ast aliter, quàm *Calva cohors*, quæ voce boatus  
Mittit ad astra feros, (κ) cui Musica chordula sordet,  
Quæ tamen immodicos potis est componere motus,  
Ac pietatis opus juvat. (λ) *Augustinus* amavit,  
Hanc (μ) *Athanasius* Pater *Ambrosius*que colebat: (ν)  
Quin etiam Patres voci junxere sonora  
Instrumenta, (ξ) *Lynam* *Fidibus*, *Lituos*que recurvos,  
*Organa*, cum *Crotalis*, *Sambucam*, *Tympana*, *Plectra*;  
Sola licet fuerit *Cytharæ* (ο) summota voluptas.  
Et quis cuncta canat? Dixit *Deus* ille *Sophorum*: (π)  
Musica confecit correspondentia Mundum.  
Bajulus hinc fuerit si grandi pondere pressus  
Mox modulos cum voce capit, quæ pondera lenit; (ρ)  
Ut vix sede sient hominum de rure locandi,  
Musica quæis foetet: certè is properandus & acri  
Fingendus sine sine rotâ. (ς) Sed claudere Noctis

Metra



Metra monet tempus. Tu pergas tramite fausto,  
 Quò vocat ipse DEUS, quò Virtus enthea tendit,  
 Quò trahit HEROUM TRIGA; ast simul usque memento  
 Nostri, nec Fortuna Tibi prædulcis amicos  
 Immutet mores, nec Princeps Aula Scholarum  
 Te faciat tædere. DEUS Tibi sorte secundâ  
 Cuncta referta velit, FRATER! tandemque gementem  
 Subleuet HUNGARIAM, cuncti quò ritè canamus:  
 (τ) Ut nos CUM FIDUCIA in Hungariâ, atq; BONA cum,  
 JUSTITIA EMIGREMUS ovantes pectore lato!

### CRITICA.

- [α] Claud. Panegy. 2. in laud. Stilic. Sil. Ital. Lib. II. Punic. ubi Fabula de Amphione Cantu cogente lapides, ad instruendos Thebarum Muros. De Orpheo, ejusque arte Musica, Ovid in Metamorph. Lib. X. Fab. 2. Lib. XI. Fab. 1, Polydor. Virg. Lib. I. c. 14. de rer. invent. & Claud. Lib. 2. de rapt. Proserp. ut & Paneg. 2 in laud. Stilic. & Diog. Laert. Lib. 1. Demodocum inducit Homer. Lib. Odyss. 8. Thamyram seu Thamyrin, primum Masculorum concubitorem, ex Musico insigni, sed inflato, supplicio Musarum insanum novimus, ex hoc: *θαυρέας μάλιστας.*
- [β] Guido Aretinus Monachus, circa A. C. 1022. Musicus præclarissimus innotuit, inventor novæ methodi in Musica perdiscenda, cum publica admiratione, ita ut puer minorennis paucis mensibus disceret, quod adultus homo vix decursu aliquot Annorum capere posset: hac de causa vocatus Romam à Benedicto VIII. P. R. qui sub ejus successore Johan. XX. edidit de Musica Scriptum, quod Micrologum nunc cupavit, dedicans id Theobaldo Episc. Aretino, quod ex ejus Epistolis constat, quas recenset Baron. ad A. C. 1022. Annal. T. XI.
- [γ] Domitianus Imperat. instituit Quinquennale certamen, Capitolino Jovi Triplex, inter quæ primum erat Musicum, quod Agonali quolibet celebrabatur Vid. Svet. in Dom. c. 4. Cæterum de Agonibus Capitolinis Confer. Censorin. de die nat. c. 14. Idem in numero Libri de die nat. c. 15. 16.
- [δ] De antiquissimo canticorum usu in Ecclesia Dei, non modò scriptores Sacri & Patres antiquissimi, qualis Justin. Mart. Orat. ad Anton. Clem. Alex. orat. ad gent. Tertul. 2. ad Uxor. 6. Cypr. de orat. Dom. sed & Prophani, qualis Lucian. in Philopat. Plin. II. 10. Ep. 97. qui ambo Trajani tempore floruerunt, testantur.
- [ε] In Ecclesia primitiva, non tantum simplicia cantica sed & Dramatis, in certa Actione consistentia, de quibus Plutarch. Sympos. 7. q. 8. usitata fuisse est testis Philo de vit. contem.
- [ζ] Socrat. 6. hist. 8. scribit, S. Ignatio factam Angelicam visionem, quæ S. S. Trin. hymnis laudabat, quam canendi formam B. Ignatius Antiochenæ Ecclesiæ tradiderit. Major his fides Esai. VI.
- [η] Justinian. Imper. composuit Psalmum Rhythmicum, contra Evtychian. A. C. 534.
- [θ] Hodiedum exstat Psalmus Augustini Abecedarius, contra Donatistas pro plebe factus A. C. 392.
- [ι] Olim in Ecclesia omnes promiscuè (uti hodie apud Evangelicos, secus ac apud CHORALISTAS Papæos, murmuratores sine intellectu:) cantabant. Hier. præf. in Epist. ad Galat. Lib. 2. Auson. in Eph.
- [κ] Contra boatus incongruos, quos Calviniani depereunt, declamat Chryf. ho. I. in Esa VI. Quamvis nec effœminatos illos, molles fractosq; vocum inflexus probemus simpliciter, quos vel ipsi Gentiles damnarunt, teste Clem. Alex. 2. pædag. 4. Tert. Apol. c. 37. Cypr. ad Donat. eò quòd animum quoque mollem ac emasculatum reddant, Veneri non Ecclesiæ congrui. Sed quid opus teneras mordaci rodere vero Auriculas? Adversus corruptentes canticorum modestiam vehementissimus est Hier. in Eph. V.
- [λ] Philo de vict. offer. Musici modi ad pietatem compositi excantant passiones animi, & affectus componunt immodicos: Et juxta Justin. mart. q. 107. excitant cum voluptate quadam animum, & flagrans ad ejus, quod carmine celebratur, desiderium.
- [μ] Augustin. Hipponen. Præsul mirus fuit amator Musicæ, quod test. 10. Confess. 6. 33. & Serm. 251. de temp.
- [ν] Athanasius in Ecclesia Alexandrin. Choraliter (Hungaris, SEMEL VOCUM:) cantare fecit, teste August. 10. Conf. 33. In oriente verò ac Ecclesia Mediolanen. Ambrosius Figuratè, teste eodem. 9. Conf. 7.

[ξ] Musi-



- M**usicis Instrumentis Christum à fidelibus laudatum fuisse docet Prudent. in A-  
poth. quod & ipse Cle. Alex. licet instrumentorum osor, largitur 1. Pæd. 4.  
(o) Cythara, teste Augustin. in Psal. 32. con. 1. fuit ab Ecclesia proscrip-  
ta, quod etiam de omnibus Instrumentis asserit Autor Quæst. apud Justin. Martyr. q. 107.  
(π) Plato dicebat, totum hoc Universum Musicis correspondentis fuisse confectum.  
(ρ) Quare portantes onera canant? Respondet Aristotel. quia musica est res morata,  
habens in se modulos motuum animæ. Acutius Theodat. Osius Nov. op. sylv. c. 31.  
quod anima exercens hominem secundum ejus compositionem harmonicam, neque  
tamen ipsa quiescere sciens, libera à distractione mentis, exerceat tunc hominem se-  
cundum simplicem suam proprietatem.  
[σ] Aul. Perf. Flacc. in satyr. Opere obscurissimo, Satyr. III.  
(τ) Allusio ad canticum peregrinantium in Hungaria tritum: Ut cum fiducia bona  
justitia emigremus nos dehinc, &c. In memoriam PATRIÆ.

## Prosopopoeische Ode unter der Person der Music.

1.  
**S**o wol/ mein höchstbeliebter Sohn  
Beerndte nun was DICH gebührt/  
Den längst verdienten Danck und  
Lohn

Den meine Schuld DICH jetzt zuführet/  
Weil DU gefasset solche Gaben  
Die Menschen Herz und Sinne laben/  
Die hochgeschätzt von allen Zeiten  
Die rechte Menschen stets bereiten.

2.  
Und wenn DEIN unverdrohner Fleiß  
Mit welchen Du Dich meist ergeben  
Nur/ aller werthen Künste = Preiß/  
Solt ferner unbelohnet leben;  
So dürffte wol das Pfad der Tugend  
Nicht mehr betreten Eure Tugend/  
Was wolte ferner Euch ergößen/  
Anstatt der Trübniß Freude sehen.

3.  
Dein Kunstbeliebt = belobter Sinn  
Ergößen wird die teuren Sachsen/  
Beliebter füge dich bald hin/  
Dein Wohlvergügen sol dort wachsen/  
Wenn dein süßes Lieder = Klingen  
Dein Kunstbegabtes Seiten zwingen  
Die teuren Fürsten werden hören/  
Wird Ihre Gunst dein Glück vermehren.


4.  
Und weil Du must von himmen gehn/  
So sollen wünschend Dich bealeiten  
Das Welt bewusste Elb = Athen  
Es müßte DICH viel Danck bereiten/

Weil deiner Lieder süßes Schallen  
Ihm in den Kirchen höchst gefallen/  
Es müssen auch/die dich sonst hassea  
Zu loben Dich nicht unterlassen.

5.  
Auch auff Ihr Pflager meiner Lust  
Helfft Mein und Euren Freund beehren;  
Macht Eure Schulden Ihm bewusst/  
Helfft sein'n Ruhm mit Lob vermehren  
So lang man wird die Selten rühren/  
Auff denen schnelle Finger führen  
Muß Ihm des Himmels = Gunst bestrahlen  
Mit steter Sonne wol bemahlen.

6.  
Hier läßt der Himmel selber sehn/  
Dass Ihm das Singen hoch beliebt  
Weil Er desselben Wohlgerüh'n  
Auch holdes = Glück von oben giebet/  
Die sich der edlen Kunst beflissen  
Die selbst die Kräfte und Thronen wissen/  
Der Wolle Dich mit Lust und Freud  
Dich Freund und Bruder stets bekleiden.

7.  
So ziehe hin o treuer Freund  
Du werther Bruder/ Glück und Leben  
Der Himmel welcher Dich gut mein'e  
Nach unsern Wunsch dir wolte geben;  
Der treuen Freunde holde Herzen  
Glück wünschend sonder falschen Scherzen/  
Wir wünschen Glück zu deinen Ehren/  
GOTT wolle Lust und Glück vermehren.





Ung VI 4

(x 2743293)

ULB Halle 3  
006 310 079



W 17  
W 18









Trabi III 2857.

29

LAUDES MUSICÆ

quas  
PTICUM FELIX EX ALMA  
REA DISCEDENTI,

AC MUSICÆ UTRIUSQUE  
PERITISSIMO

ABRIELI  
ARICKIO,

Hungaro,

SISSIMORUM

ORUM PRINCIPUM,

Sc. &c.

ALTISTÆ VOCATO,

MO MELLITISSIMO,

*ne debito occinuerunt,*

GIUS GASSITZIUS,

ng. El. Sax. S.

PILARICK,

Seren. El. Alumn.


A. Æ. V.

XVII. die XVII. Sept.



WITTEBERGÆ,

Typis JOHANNIS SIGISMUNDI Ziegenbeins.



11111